BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh.
Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



faber. filius MARIE. fratrem IACOBI. et ioseph. et iude et sy
monis. Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scan
dalizabant in illo. Et dicebat eis ihs. Quia non est propha
tus honore nisi in patria sua. et in cognatione sua. et in domo
sua. Et non potuit ibi virtutem ullam facere. nisi paucos infirmos
impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem
illorum. Et circuibat castella in circuitu docens. Et ecce
uocauit duodecim. et cepit eos mittere binos. et dabat il
lis potestatem spirituum immundorum. et precepit eis ne quid tollerent
in uia. nisi uirgam tantum. non peram. non panem. neque in zona
aes. sed calceatos sandaliis. et ne induerent duas tuni
cas. Et dicebat eis. Quicumque intueritis in domum illic ma
nete. donec exeatis inde. Et quicumque non receperint uos.
nec audierint uos. Exeuntes inde excutite puluere
m de pedibus uestris in testimonium illis. Et exeuntes pre
dicabant ut penitentiam agerent. Et demonia eicie
bant. et ungebant oleo multos egros et sanabant. Et
audiuit herodes rex. manifestum enim factum est nomen eius et
dicebat. Quia iohs baptista resurrexit a mortuis. et
propterea operantur uirtutes in illo. Alii autem dicebant quia he
lyas est. Alii uero dicebant quia propha est. Qui autem
Quo audito herodes ait. Quem ego decollauit iohannem. hic
a mortuis resurrexit. Ipse enim herodes misit ac te
nuit iohm. et uinxit eum in carcere propter herodiade
uxorem philippi fratris sui. quia duxerat eam. Dicebat
enim iohis herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Hero
dias autem insidiabatur illi. et uolebat occidere eum. nec po
terat. Herodes enim metuebat iohm. sciens eum uirum
iustum. et scm. et custodiebat eum. Et audito eo multa
faciebat. et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus
accidisset. herodes natali suo cenam fecit principibus et
tribunis. et primis galilee. Cumque intrasset filia ipsius hero
dyadis et saltasset et placuisset herodi simulque re
cumbentibus rex ait puelle. Pete a me quod uis. et dabo tibi.

Initi.

Initi.